

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Mirabile siue miraculum d  
cum fontibus proximo et primo

*Manipulus florum*, Mirabile siue miraculum d:

Ideo non omnibus sanctis ista miracula attribuuntur  
ne perniciosissimo errore decipiantur  
infirmi, estimantes in talibus factis esse maiora  
dona quam in operibus iusticie quibus uita  
eterna comparatur.

Augustinus ibidem (libro LXXXIII. questionum).

Fons proximus:

**Ad quartum** dicendum quod,  
sicut Augustinus ibidem dicit,  
ideo non omnibus sanctis ista attribuuntur,  
ne perniciosissimo errore decipiantur  
infirmi, aestimantes in talibus factis esse maiora  
dona quam in operibus iustitiae, quibus uita  
aeterna comparatur.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda  
secundae*, 178.2.resp.4 (P. Caramello ed., p.773).

Fons primus:

Sed  
ideo non omnibus sanctis ista tribuuntur,  
ne perniciosissimo errore decipiantur  
infirmi, existimantes in talibus factis esse maiora  
dona quam in operibus iustitiae, quibus uita  
aeterna comparatur.

Augustinus Hipponensis, *De diuersis quaestionibus*,  
79 (CCSL 44A, A. Mutzenbecher ed., p.228, ll.75-78).